



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1546. usque ad annum 1549

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1770**

**VD18 90118529**

Caput XIV. De lapsis, & eorum reparacione.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66608](#)

Sæcul. XVI.  
A.C. 1547.

## CAPUT XIV.

*De lapsis, & eorum reparacione.*

**Q**ui vero ab accepta justificationis gratia per peccatum exciderunt, rursum justificari poterunt, cum excitante Deo, per pœnitentiæ Sacramentum, merito Christi, amissam gratiam recuperare procuraverint. Hic enim justificationis modus est lapsi reparatio, quam secundam post naufragium desperitæ gratiæ tabulam sancti Patres apte nuncuparunt. Etenim pro iis, qui post Baptismum in peccata labuntur, Christus Jesus Sacramentum instituit pœnitentiæ, cum dixit: *Accipite Spiritum sanctum, quorum remiseritis peccata, remittuntur eis, & quorum retineritis, retenta sunt.* Unde docendum est, Christiani hominis pœnitentiam post lapsum multo alias esse a baptismali, ea que contineri non modo cessationem a peccatis, & eorum detestationem, aut cor contritum, & humiliatum; verum etiam eorundem sacramentalem Confessionem, saltem in voto, & suo tempore faciendam, & sacerdotalem absolutionem, itemque satisfactionem, per jejunia, eleemosynas, orationes, & alia pia spiritualis vitæ exercitia, non quidem pro poena æterna, quæ vel Sacramento, vel Sacramenti voto una cum

*Matt. 2.*

*v. 15.*

*Ioan. 20.*

cum culpa remittitur, sed pro pœna tem- Sæcul. XVI.  
A.C. 1547.  
porali, quæ, ut sacræ literæ docent,   
non tota semper, ut in Baptismo fit,  
dimititur illis, qui gratiæ Dei, quam  
acceperunt, ingrati, Spiritum sanctum  
contristaverunt, & templum Dei viola-  
re non sunt veriti, de qua poenitentia  
scriptum est: *Memor esto, unde excideris, Apoc. 1.*  
*age pœnitentiam, & prima opera fac.* Et  
iterum: *Quæ secundum Deum tristitia est, 2. Cor. 7:*  
*pœnitentiam in salutem stabilem operatur.*  
Et rursus: *Pœnitentiam agite.* Et: *Fa- Luc. 3.*  
*cite fructus dignos pœnitentia.* Matth. 3.4.

## CAPUT XV.

*Quolibet peccato mortali amitti gra-  
tiam, sed non fidem.*

**A**dversus etiam hominum quorumdam  
callida ingenia, qui per dulces ser-  
mones, & benedictiones seducunt cor-  
da innocentium, afferendum est, non  
modo infidelitate, per quam & ipsa fi- *Rom. 16:*  
*v. 18.*  
des amittitur, sed etiam quocunque a-  
lio mortali peccato, quamvis non amit-  
tatur fides, acceptam justificationis gra-  
tiam amitti: divinæ legis doctrinam de-  
fendendo, quæ a Regno Dei non solum  
infideles excludit, sed & fideles quoque *1. Tim. 1.*  
fornicarios, adulteros, molles, mascu- *v. 20.*  
lorum concubidores, fures, avaros, e- *1. Cor. 6.*  
briosos, maledicos, rapaces, cæteros- *Philipp. 4.*  
*2. Cor. 12.*  
que